



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

GREGORIVS SALTZBURGENSE. RUDOLPHVS I.  
P.X. IMP. 589

- ANNO CHRISTI 1274.
- XIX. *De veneratione patrum sue patronorum.* XXII. *De captiuatione episcoporum seu monachorum.*  
XX. *De confessione religiosorum.* XXIII. *Ne clerici sumant ecclesiastica beneficia de manibus laicorum.*  
XXI. *De correctione religiosorum, aut aliorum monachorum.* XXIV. *De aduocatis ecclesiarum.*

P R A E F A T I O.

**A**d honorem & gloriam sponsæ Christi, & fidei Christianæ. Nos Dei gratia \* F. sanctæ Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopus, apostolicae sedis legatus, Leo, Petrus, Bruno, Vvernhardus, & Ioannes Ratisponensis, Pataviensis, Brixinensis, Secovvensis, & Chimensis ecclesiærum episcopi, in prouinciali hoc sancto Concilio congregati, de consilio venerabilium prælatorum Saltzburgensis prouinciae, qui præsenti intersunt Concilio, absentium etiam fratum tam episcoporum quam aliorum prælatorum accedente consensu, dissinendo præcipimus, ut episcopi, abbates, archidiaconi & alii ecclesiærū prælati, statuta sacri generalis Concilii celebrati proxime in Lugduno, in ecclesiis & subditis suis clericis & laicis, secundum quod eadem statuta istis & illis conueniunt, & quantum eos tangunt, sic solicite & frequenter studeant publicare, ut ipsorum \* pronuntiantum & subditorum memoriarum & obseruantiarum imprimantur. Sed & constitutiones venerandæ memoriarum quondam domini Guidonis, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, in prouincia Saltzburgensi apostolicae sedis legati; quæ licet ecclesiærum utilitatem contineant, & salutem suadeant animarum, in dissuetudinem transferunt, cum prædicti generalis Concilii ordinationibus & statutis, nec non & his quæ pro utilitate locorum & temporum in hoc prouinciali Concilio apponentur a nobis, ad notitiam subditorum taliter deducantur, ne quemquam totius prouinciae probabilis error ac ignorantia valeat excusare.

Statuta sa-  
cri Concilii  
Lugdunensis  
publicetur.

Item con-  
stitutiones  
domini  
Guidonis  
cardinalis  
sancti Lau-  
rentii in  
Lucina.

Item pro-  
vincialis  
huius Con-  
cillii.

C A P I T V L A.

I.

Cum abbates ordinis sancti Benedicti Saltzburgensis prouinciae capitula sua prouincialia lon-

Abbates  
sancti Be-  
nedicti ce-  
lebrent ca-  
pitula pro-  
vincialia.

Eccc iii